

Appendix. — Europa Nro. 77.

Regnum Mortuorum.

Sermo politicus de propensione ad potus spirituosos.

Elysium Meum 9. Septembris 1808.

T e x t u s .

Ebrietas, abjectissimum, non tamen semper periculosissimum vitium in nobis; fuerat in minus politis civilibus Constitutionibus saepius causa, quae pugnam, bellum, imo mutationem politicam civitatum excitavit.

Gibbon in sua Historia.

Hispani sunt origine Vandali, qui ex regionibus Dantisci in Hispaniam penetrarunt; sed mores eorum potenter mutati; quid enim fuerant veteres Germani? en responsum ex Historia. — Cerevisia ex tritico, aut hordeo arte confecta, quae teste Tacito per fermentationem similitudinem quampiam vini accipit, sufficiebat ad saturandam Germanorum gulam. Illi contra, qui generosae Italiae, et serius etiam Galliae vina gustarunt, aliam anhelabant semet ingurgitandi methodum, nec tamen seu culturam Vinorum ad regiones Rheni, et Danubii propagare, seu fructuosum vinorum quaestum instituere conabantur; erat enim illa aetate genio Germanorum dedecori, laborando acquirere illud, quod vi rapi potuit. Insatiabilis gula, et proclivitas ad liquores spirituosos causavit frequentiores incursiones in illas provincias, quibus natura, et ars haec dona largita est. Toscanus, qui patriam celticis nationibus prodidit, laudavit producta, beatumque climma regionis, vinaque delicatissima, quibus eas in Italiam allicuit. — Ergo ebrietas, tamquam abjectissimum, non tamen semper periculosissimum vitiorum nostrorum, saepius fuerat causa praeliorum, bellorum, aut plane mutationum formae civitatum. — Et quid Generalem Hispanicum Romana ad proditorem incitavit? Loco hujus legamus Historiam Insurrectionis Hispanicae.

Historiam hanc per fragmenta variae voris modis exhibuerant Ephemerides, qualis scilicet has et illas spiritus regit; ex quo etiam factum, ut res propter contradictiones propemodum in fabulas degeneraverit. Exhibet eventus chro-

nologice sibi succedentes *Monitor Parisiensis* 5. Septembris; cujus summarium est: — Hispania numerat multos viros liberaliorum principiorum, qui jam dudum optabant Patriae suae Constitutionem, quae libertatem nationis certam, securamque reddat, quorumve vota cursum, diversasque gallicae revolutionis scenas ubique comitabantur. Una tertia pars territorii hispanici est in potestate cleri saecularis, et fanatici monachi absque cultura imponunt plebi, quae superstitioni, et pigritiae immersa omnium in Europa rudissima est. Nuperni eventus *Scoriali*, et in *Aranjuecz*, qui fundamenta throni hispanici jam saccusserant, convocatio Juntae Generalis Bajonnam, ut novam Constitutionem elaboraret, et extraordinarii eventus Madriti 2. Maii jam exagitarunt passiones factionum, animosque aut metu, aut spe repleverunt. Factio quoque anglicana, hoc tarbido rerum statu in suum favorem uti volens, duplicavit energiam suam in portubus, et Madriti, cujus nisus eo tendebat, ut Hispaniam ab amicitia cum Gallia retrahat. Promoverunt influxum insurrectionum anglicanarum circumstantiae generales Continentis, et mala, quae commercium Hispaniae preiunt. Possessores Bonorum, Nobilitas, et Clerus Major mansit in fide, ast Inquisitio, et monachi, quibus Agentes Angliae velut instrumentis utebantur, excaecarunt populum, eumque in propria viscera armarunt, et sic erupit revolutio sub finem Maii, dum recte Junta Bajonnensis opus suum adgrederetur. Sarragossae, Valladoleti, Valenciae, Sevil-lae aliisque compluribus in locis propagabantur cum solennitate varia miracula, quae in omnibus aliis provinciis profigmentis habita fuissent, ast in Hispania desideratum prodixerunt effectum, et ferme uno eodemque tempore in omnibus meridionalibus provinciis Navarrae, Arragoniae. Extremaduræ, utriusque Castiliae, Asturiae, Galliciae, et Legionis erupit funesta seditio, et bellum intestinum. Atrocissimae crudelitatis scenas omnes describere refugit calamus, et ideo aliquas duntaxat referimus. — Valenciae Status Consiliarius *Saavedra*, Capitaneus Generalis Regni, crudelissime trucidatus est per tumultuantes. Caput ejus periticae impositum per omnes urbis plateas cum triumpho circumductum, tandem super piramide in foro Sancti Dominici collocatum est. Eadem sors destinata fuerat Marchioni *Arneva*, qui tamen adhuc tempestive fugam semet salvavit. In primo revolutionis fervore petierant Insurgentes, ut omnes Galli, qui in urbe Valencia habitant, includantur, et bona eorum sub hastam mittantur. — Eodem tempore navis quaedam gallica, quam pyrata anglicus insequabatur confugit ad littora Hispaniae, milites qui in navi fuerant in custodiam missi sunt, sed 14 Junii, frenesi revolutioni

redeunte
 encae tu
 Civitatis
 trucidav
 omnium
 neralis A
 urbem
 frustra p
 erat. —
 vir meri
 tus est.
 cives ex
 vit. —
 onis vex
 Gadibus
 heroism
 urbs ve
 lissime
 Commer
 rabat; i
 evenera
 In urbe
 furiosun
 Regis cu
 per omni
 omnes,
 bebant
 (Badajo
 eius in o
 Valladol
 dictum,
 sta disse
 urbis pla
 ror, ubi
 et vicos
 qui aliqu
 a quibus
 hanc dir
 cassas p
 exitium
 specialis
 tatum re
 dem Patri
 erant om
 viscera o
 et rapina
 potest.


redeunte, omnes hi captivi crudeliter jugulati sunt. — *Cuzencae* turba colonorum raptavit Judicem, et Capitaneum Civitatis, domibus eorum prius expilatis. — *Carthagenae* trucidavit vulgus crudelissime Gubernatorem, virum antea omnium amore decoratum. — *Granadae* trucidatus erat Generalis *Fruixillo*, Cubernator Malagae, qui brevi ante in hanc urbem advenerat; Corpus ejus per plateas raptatum, in frusta per plebem furem dissectum, ac tandem crematum erat. — In *fano S. Luciferi* Generalis, et Gubernator urbis, vir meritis clarus, per plebem furiosam ad mortem raptatus est. — *Giennae* urbe episcopali, expulit vulgus agreste cives ex domibus suis, occisoque Judice, urbem expilavit. — *Hispali* (sevilla) expositum erat eruentum Insurrectionis vexillum, et pars militum in castris ad S. Rochum, et *Gadibus* seducta, semet tumultuantibus adjunxit. Primus heroismi actus fuit trucidatio Comitis *Aquila*, quem tota urbs venerabatur. — *Gadibus* occidit furens populus crudelissime Generalem *Solano*, Gubernatorem Provinciae, et Commendantem civitatis, virum, quem antea tota urbs adorabat; idem evenit Judici urbis *Carolinae*. — Similes Scenae evenerant in provinciis Navarra, Arragonia, et Catalonia. In urbe *Cesaraugusta*, (Saragossa) trucidavit crudelissime furiosum vulgus agreste Tribunum Legionis *Dimachorum* Regis cum 30. aliis officialibus. — Idem furor grassabatur per omnem provinciam Extremaduram, et Castiliam contra omnes, in publico officio constitutos, aut qui aliquam habebant publicam opinionem. — In urbe Colonia *Pacensi* (Badajocz) occiderunt Gubernatorem, et raptabant corpus eius in oculis familiae ejusdem, domumque expilarunt. — *Valladoleti* Generalis *Ceballos* raptatus ad campum *Granda* dictum, et corpus ejus in oculis uxoris, et prolium in frusta dissectum, in triumpho erudeli deportabatur per omnes urbis plateas. — In Regnis Legionis, et Asturiae idem furor, ubi ruricolae tumultuantes urbes, oppida, pagos, et vicos turmatim pervagabantur, et quis quis eis occurrit, qui aliqua publici gaudebat confidentia, dirissimis modis, a quibus humanitas abhorret, cruciabant. Insurrectionem hanc dirigit certa commissio Insurrectionis, quae omnes cassas publicas occupat, et omnibus, qui aliquid habent, exitium minatur. Ministri, Commembra Junctae Madriti, et specialis Commissio, hunc in finem ordinata, nihil intentatum reliquit, ut errantes ad frugem reducat, et inter eisdem Patriae filios reconciliationem procuret; ast incassum erant omnia; Hispanus Hispanum persequitur, et furit in viscera communis patriae, nec populus, quem libertatis, et rapinae studium incitat, amplius in absequio contineri potest.

Haec efervescentia erat resultatum inevitabile incertitudinis rerum, et malorum, quibus debilitas Gubernii populum involvit, praeparata per factiones Anglorum, per confusionem, et divergentiam opinionis politicae, et per factiones, quae contra supremam auctoritatem formabantur. Hic jam non amplius cunctandum, sed in armis praesidium quaerendum erat, ut malevolentiae fraenum imponatur. — Marschallus Bessieres miserat primas cohortes *Lagrumium*, *Saragossam*, *Segoviam*, *Valladoletum*, et *Andreopolim*, quae ubique felici cum successu processerunt. In urbe Lugrunio primum exorta est insurrectio; sed Generalis *Verdier*, dispulsis 6. Junii tumultuantibus, praefecit urbi optimos cives, quos factiosi custodiae tradiderant. — Generalis *Frere* tendebat versus Segoviam, ubi pariter motus erumpebant, misoque 7. Junii nuncio, Insurgentes ad pacem invitavit, qui tamen Nuncium non admiserunt, sed tormenta contra venientes direxerunt; ast Generalis, facto assultu, urbem ingressus, igravum vulgus dispersit, et urbs, turba insurgentium liberata, ipsa in obsequium rediit.

Generalis *Lasalle* ex Burgos praecessit ad Torquemadam, ubi 6000 Insurgentium erant; ubi caesis eorum 1200, tormentisque occupatis, ubi cremata fuit. Inde profectus est idem Generalis 8. Septemb. ad Palenciam, quae, misis Deputatis, ad absequium rediit. Urbe, provinciaque Palencia armis exuta, ad Duennas profectus, semet Generali *Merle* adjunxit, indeque Valladoletum processit, ubi Generalis *Cuesta*, Dux Insurgentium, cruentum exposuit vexillum, sed Generalis *Lasalle*, factis congruis dispositionibus, exercitum Insurgentium adgressus est, qui, relictis in loco praelii omnibus tormentis, 4000 sclopis, et 1000 occisis, in praecipiti fuga salutem quaesiverunt. His actis, Episcopus cum clero suo venientibus Gallis obviam processit, veniamque pro urbe petiit, et Galli ingressi sunt urbem amici, quae seriam meruisset castigationem, ipsa clementiam victorum admirante. Exuta armis civitate, missa est Deputatio Bajonnam, elementiam Caesaris imploratura, homagiumque civium oblatura. Episcopus quoque Andreopolitanus suos ad seditionem concitavit, quos idem Generalis ad Latuengo fudit, fugavitque.

rti-
oo-
per
per
an-
ae-
oo-
tes
An-
nt.
ae-
cit
—
oo-
ad
ed
cto
bs;

ue-
um
ro-
ae,
ue
ne-
ubi
uit
oo-
re-
oo
tis,
es-
em
en-
est
ra,
re-
ae-



i.
o-
er
er
n-
e-
o-
es
z-
it.
e-
it
—
o-
id
id
to
s;
e-
n
o-
s,
e
o-
oi
it
o-
o
s,
n
t-
st
s,
t-

Co

Da
appellen
prophet
binando
nari sol
edidit ,
„H
Reipubl
bet mul
tas hum
sic tres
et labas
pertes ,
tes sum
secunda
excitetu
ingenio
tis proc
ferentia
cursum
tinuisse
visa era
imperiu
trinseca
in unum
Sub-egu
modi p
num in
onum ,
denique
Gra
eluctati
midare
res co